

nat. Quare qui orationi incumbit, & negligit mortificationem; peiusde facit, atque si quis sine igne vellet aromata accendere. Corn. hic.

Legitur Judic. 7. 19. 20. quod per tubas sonantes, & per contractas lagenas, hostes fugabantur. In contractione lagenarum mortificatione corporum; in tubis orationes significantur. S. Bonaventura l. 3. D. 2. Quare.

Geminæ visabantur aræ in Salomonis templo. 1. Paral. 6. 49. una erat incensi, victimarum altera. Præclara orationis, & mortificationis effigies. Neque enim satis est altare, in quo thura incenduntur; sed & aliud statuendum est, in quo pecudes, & hostiæ cedantur. Drexelius Rhet. cœl. l. 2. cap. 9. §. 3.

In foraminibus petra. Cant. 2. 14. Columba nidificare jubetur à sponso: ut quisque sciat, orationis nectâr è mortificationis duritie stillaturum. Oliua l. 3. Strom. §. Et erat tribus dieb. A.G. 9.

Ad montem myrrha, & ad collem thuris. Cant. 4. 6. Sponsus vadit: quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem virtutum ad alta proficere; & per mundas, & humiles orationes fluuiter redolere perspicit. Sancti Gregor. hic. Quis in hoc Cantico peculiaris sit mentio adventus sponsi in montem myrrha, & in collem thuris; de illis aptè intellige, quod hic ait sponsus, maxime juxta versionem Sept. ecce iste venies saluens super montes, & transiens super colles: quia speciali ratione Christus toto peregrinationis suæ tempore saluit in montibus myrrha, id est, acerbissimæ mortificationis, & abnegationis propriæ; & in collibus thuris, id est, sublimis orationis. Ut doceret nos, in hoc duplici monte, & colles semper nobis esse saluendum; si ad verticem sanctitatis aspiramus. De Ponte hic Exh. 4. §. 3. Docet hic Christus, viam ad sanctitatem, esse mortificationem, & orationem; & unamque alteri esse iungendam. Cornelius hic. Cur in colle thuris, in monte myrrha, ait crescere? Facilius collis, quam mons, ascenditur; imò collis ad montem via est. Sic oratio ad mortificationem semita est: facilius arare, quam sibi imperare. Drexelius Rhet. cœl. l. 2. c. 9. §. 3.

Duas alas habet oratio nostra: contemptum Mundi, & affectionem carnis, S. Bernardus l. 3. in Epiph. D.

Num. V.

Oratio cum humilitate.

Ex Veteri, & Novo.

Minor sum cunctis inuocationibus tuis. - erue me de manu fratris mei E. au. Gen. 32. 10. 11. Chald. legit: *minor sum merita mea omnibus inuocationibus, & beneficiis, quæ fecisti cum seruo tuo*. Cur ita se deprimat? cur non potius commemorat obsequia sua erga Deum à votum, quod ei vovit & lapidem, quem erexit in titulum? oleum effudit? labores perperos in domo Laban; sed totus humilitati intendit? Sancti Chryso. hom. 4. de incomprehensibili Dei natura; modo unum illud persuaum tibi sit, te omnium esse minimum; & misericordie tibi animus fidens, audendique, apud Deum præstabitur. *Loquar ad Dominum meum, cum sim pauper, & cinis*. Gen. 18. 27. Sylveira in Joan. 16. c. 19. q. 8.

Defrauerunt se super terram. Judith 7. 4. quod preces commendat humiles. Quid enim est aliud prostratum in terram, quam humiliter orare. S. Laur. Just. l. de humilit. c. 17. nequaquam valet repelli deprecatio, quæ est humilitatis sale condita. *Respexit in orationem humilium*. Pl. 104. 18. Velloso in Judith 7. Paren. 10.

Desiderium pauperum exaudivit Dominus. Pl. 10. 17. Nè dixeris, sponfam celeriter exaudivit Dominus, quoniam sancta, dilecta & me peccatorem quomodo citò exaudivit? Nota: David non ait, desiderium sanctorum, aut dilectorum, exaudivit Dominus; sed desiderium pauperum, qui se pauperes esse agnoscant, nihil se habere boni credunt; & ad Deum tantam mendicij accedunt. De Ponte in Exh. 2.

Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me. Pl. 85. 1. Inclinat autem, si tu non erigis cervicem: humiliato enim appropinquat; & ab exaltato longè distedit, nihil quem ipse humiliatum exaltaverit. S. Aug. hic.

Oratio humilicantis se nihil penetrabit. Eccl. 35. 21. S. Chryso. in Plal. 9. orationis vehiculum est humilitas, *Ego veniam, & carabo eum*. Math. 8. 7. Cur Christus D. mox annuit petitioni Centurionis? cum Chananæe diriscedat? respondet? Math. 15. 24. Re. Centurio multa humilitatis signa exhibuerat. Luc. 7. 7. *propter quod, & meipsum non sum dignus arborari, ut venirem ad te*. At Chananæa, licet servidè oraret; adhuc orationis humilitatis verba non sociaverat: mox ut illa descendit, & cani se comparat, non ultra distertur. *Secundo*. S. Basil. Seleuc. or. 19. herus pro famulo rogans exoratus fuit; mater pro filia rogans tulit repulsam. Matrem in filia ærumna commoverit, & salutem ejus ambire, res homini ingenua; sed quod homo officio illustris factum ponat, & pro salute unius pueri æstuat; hoc parum, & mi-

rum: unde sic attraxit divinam benignitatem, ut illius dotis faveret. Sylveira hic q. 11. Quod assiduo clamore non impetrabat, humili confessione promeruit. S. August. lib. de virgin. cap. 32.

Ex Patribus, & aliis.

Qui didicerunt à Domino Jesu Christo proficere esse, & humiles corde; & plus cogitans, & orando mitemus, quam legendo, & audiendo. S. August. ep. 112.

Nequaquam valet repelli deprecatio, quæ est humilitatis sale condita. S. Laur. Just. l. de humilit. c. 17.

Ubiq; orationis vehiculum invenitur humilitas: propè enim est Dominus contritis corde. S. Chryso. in Pl. 9.

Quo se anima magis oratione humiliter, ac deprecatur; eo ipso altius à Deo evahitur. Ex vita S. Theres. lum. & dogm. spirit.

Num. VI.

Oratio Parvulorum.

Et infantes prostraverunt contra faciem templi Domini. Judith 4. 9. *Omnis Judo habet coram Domino cum Parvulis*. 2. Paral. 20. 13. Lyran. ut magis impetraretur divina clementia. Hoc respectu collectus est ad Esdram l. 1. c. 10. 1. *caute grandis virtutum, mulierum, & parvulorum, vacare cœtum, - congregata parvulus*. Joel. 2. 15. 16. *Et q. 6. parvulus natus est nobis*. - *Uocabitur nomen ejus, Deus fortis*. *Publii corvorum invocantibus eum*. Pl. 146. 9. Quid non concedat redemptis Parvulis bonus Deus. Bene sit, quod publicis Processionibus Parvuli quoque comitentur. Velloso in Judith 4. Paren. 5.

Num. VII.

Oratio reverentialis.

Utrumque genu in terram fixerat. 3. Reg. 8. 54. Notent huc nobiles delicatuli, & gloriosuli; qui orant uno genu in terra fixo, altero elevato; quasi pugnatu cum Deo, ni concedat, quod petunt. Rex regum Salomon orans ecce utrumque flexit, & utraque manus in cœlum expandit; atque hoc gestu supplex perstitit toto tempore prolixæ orationis suæ. Etnos viles homunculi designabimur utrumque genu flectere? Cornelius hic.

Verba mea percipe Dominus, - intellige clamorem meum. Pl. 5. 2. Sæpe clamat David; & cur non exaudit Deus? adhuc non præstiterat se adoratorem. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo*. v. 8. *Ecob. t. 5. Prop. Chr. l. 5. sect. 2. obl. 3.*

Mibi curvabitur omne genu. Isa. 45. v. 24. *Procedentes adoraverunt eum*. Math. 2. 11. Maximo reverentia signo cadentes adoraverunt; ita quò non genu flexerunt, sed in faciem ceciderunt. Thomas de Vio, Cajet. Card. Sancti. Xist. hic.

Adorans, & preces. Matth. 20. 20. Ut sint efficaces preces opus adorationis præmittit. S. Chryso. petit illa opere reverentia exhibitio, ut impetret. Opera enim pia plus, quam voces impetrant. *Ecob. t. 5. Prop. Chr. l. 5. sect. 2. obl. 3.* Rem terrenam ab homine terreno quarimus, & prope usque ad terram nos humiliter inclinamus; & à Deo remissionem peccatorum, & æternam requiem; inquentes, nec capita nostra inclinare dignamur. B. Czar. Arel. hom. 30.

Rorare in Ecclesia, dum elevaretur Corpus Christi, quidam juvenis noluit flectere genua: cui diabolus visibilis dedit alamp dicens: *ò proditor Christiane! pro quibus tantum fecit Christus. Si fecisset centesimam partem pro nobis eorum, quæ fecit pro vobis; nocte, & die, servilem ei genua flexis. Et subito interfecit eum*. S. Vinc. Ferr. l. 6. D. 16. post Trinit.

§. XVI.

Oratio attentæ, sine distractionibus.

Ex Veteri.

Abraham, Abraham. Gen. 22. 11. Abraham Sacrificio suo ita intentus, ac attentus erat, ut bis ab Angelo vocari nomine deberet, ut audiret. S. Ambros. l. 1. de Abrah. cap. 8. ne aut non placè audiret, aut fortuitam esse vocem putaret; & repetitè vocem; tanquam veritatem, nè præveniret studio devotionis, & una vox impetum sententis revocare non posset. Bæza. t. 1. l. 1. c. 7. §. 15.

Moyles. Ex. 4. 10. ad loquendum cum Deo non dixit se Balbum; sed cum homine: quia Deus, præter hominum morem, cor magis, quam verba attendit. Diez con. 3. D. 5. Palch.

Præcipitur Moyfis. Ex. 19. ut solus Deum allocuturus montem ascendat; neque grex, aut quodvis animal &c. insuper nibe ipsa obvolvitur. Omnia dicunt attentionem.

Invenerit servus tuus cor suum, ut oraret te. 2. Reg. 7. 27. Inveniant quoque orantes cor suum, ut bene orent. Vagatur cor curis inanibus distractum à Deo; & cum orare velimus, & velu-

Veluti perditum inveniamus, reddamusque attentum. Berradius D. 5. Palch. l. 5. c. 14. in Jon. 16.

Tantumque labia illius movebantur. 1. Reg. 1. 13. non occuli, non pedes in oratione; sed tantum os. Attendè miram attentionem. *Operuit vultum suum pallio*. 3. Reg. 19. 13. Mox ut Elias sensit Dominum, qui secum loquebatur; pallio caput obvolvit, quasi sensus omnes colligeret, ne vel minimum distrahere. Incert. Author.

Lauda anima mea Dominum. Plal. 145. 2. Dat sibi Propheta salubre consilium, ut anima laudet Dominum, non sonus concupientium laborum. Sæpe enim sic meditata proferimus, ut peregrina cogitatione translati, non nos sentiamus, dixisse, quæ loquimur. Ideo animam suam Psalmista hortatur laudare Dominum; ut expulsi cogitationibus supervacuis, in ipso tantum negotio totis viribus occupetur. Cassiodorus hic.

Ne vagari incipiam post greges &c. Cant. 1. 6. Verè in quo Christus non cubat, vagatur: quia mens, quam melle suavis, & ponderosus Christi spiritus non implet, multis cogitationibus dissoluta circumfertur. S. Gregor. hic.

Ex Novo.

Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum. Matth. 6. 6. Quæ sunt ista cubacula, nisi ipsa corda, quæ in salmo etiam significantur, cum dicitur: *quæ dicitis in cordibus vestris &c.* S. Aug. l. 2. c. 6. de ser. D. in monte.

Miserere mei Domine fili David. Matth. 15. 22. S. Chryso. hom. in peccatorem, & Phariseum; Chananæa fortiter clamabat, *miserere mei &c.* at peccatrix hæc clamorem non edebat; sed considerans, quod ipse omnia, ut Deus nosset; & sensus ore, corde cum inspectore loquebatur: plorans deoculabatur pedes; atque Dominum ad compassionem, indulgentiamque indocuit. Illa ore loquebatur; hæc vero corde: & efficacius ad Deum cordis inspectorem loquitur cor, quam os. Sylveira in Luc. 7. q. 11.

Ex Patribus, & aliis.

Quando stamus ad orationem, fratres dilectissimi, vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis, & secularis, abscedat; sed nequidquam tunc animus, quam id solum cogit quod præcatur. Ideo & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa fratur mentes, dicendo *sursum corda*, parat: ut dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneret; nihil aliud se quam Dominum cogitare debere. S. Cyprianus l. de orat. Dom.

Non puto, quod ille, qui claudit cœlum orationi, clauditur animus à cogitatione: ut facilius sit, cœlum obsecrare; quam animus. Petrus Dam. l. in vigil. Nativ.

Spineam coronam gestat Dominus; ut omnes in servitute affereret, quò in precibus mentem in convulsam possiderent. S. Athanas. de Pass.

Non levi crimine tenetur astrictus, quisquis cum Deo in oratione loquitur, & subito abstrahit ab ejus conspectu, quasi ab oculis non videntis, nec audientis. S. Aug. Manuali cap. 29.

Plerumque in oratione genibus fixis corpus prostermis, colulum curvas, confiteris peccatum, Deum adoras. Video corpus, ubi jacet; & quæro ubi voliter animus? Video membra jaecientia; & videamus, si fiat conscientia: videamus, si fixa est in eum, quem adorat. Modò si mecum loqueris, & subito averteres te ad servum tuum, & dimitteres me; non dico, à quo aliquid petebas, sed cum quo ex æquo loquebaris; non mihi injuriam factam deputarem? Ecce quid facis quotidie Deo. S. August. in Pl. 140.

Quomodo obtinebit quis, ut in oratione cor ejus non vagetur? Si certus sit, se assistere ante oculos Dei. Si enim quis iudicem suum videns, aut principem? & loquens cum eo, non sibi credit licitum esse vagari oculis, & aliorum aspiciere, dum ipsi loquitur: quanto magis qui accedit ad Dominum, nusquam debet movere oculos cordis? sed intentus esse in eum, qui scrutatur renes, & corda. S. Basilus Regula de Inlit. Monachi c. 57.

Quantæ temeritatis, immo quantæ insanie est; si forte dum alloquitur nos Dominus Majestatis, non insensari avertant aures; & ad, necio, quas ineptias convertantur. Quanta est hæc injuria, & quam graviter vindicanda? cum vilissimum vermis clamantem ad se audire designat creatorem universitatis. Sanctus Bernardus ferm. de 7. spiritibus.

Apud homines cor ex verbis, apud Deum verò verba pensantur ex corde. V. B. in Proverbis.

Esto totus orationis tempore, velut cœlestis Angelus. Sic semper orationis hora esse Deo conjunctus, ut Cherubim, & Seraphim. S. Ephrem de Virgin.

Non fieri potest, ut aliquando loquatur cum Domino, qui etiam flexum cor toto Mundo confabulatur. Hildebertus Ep. Turon. ep. 37.

R. P. Spanner Poly. Tom. II.

Non spectat ad laudem orationis, quanta sit, sed qualis. S. Nilus de orat. c. 145.

Sic anima perinde ac quæ filios vagantes colligit; & calligans dispersas à peccato cogitationes inducat in domum corporis sui. S. Macarius hom. 31.

Vix reperies, sicut quidam dixit, ut oranti cuiquam non aliquid iane cogitationis incurrat obstaculum, & intentionem, qua in Deum mens erigitur declinet, ac frangat. Et ideo certamen magnum, atque saluberrimum est, orationi cœpæ jugiter imminere; & cum adjutorio Dei obfistere vivaciter suggestionibus inimici: quatenus fixa semper ad Deum mens stabili intentione contendat; ut meriò possit dicere. 2. Timoth. 4. 7. *certamen bonum certavi*. Cassiodorus in Pl. 101.

Melius est semel dicere Pater noster cum intellectu bono, & attentione; quam millesies sine intellectu, & devotione. S. Edmundus Cantuar. speculo Eccl. c. 17.

Si tuum corpus sit in choro, labia tua in platerio, & cor tuum in foro miserimè; & divinus est in teipso, ne exaudiaris à Deo. Id. ib.

Vel una oratio Dominicalis, cum sensu, & attentè recitata pluri valet; quam centum festinanter decursa. S. Franc. Salef. in Philotha p. 2. c. 1.

In oratione conjunguntur duæ manus; quæ significant conjunctionem oris, & cordis. S. Vincent. Ferr. l. 3. D. 1. post oct. Epiph.

Præcatio exterior, quæ ore tantum funditur, velut palæa est: nam interna oratio, quæ funditur mente, ipsum gramen est. Lud. Blot. Inlit. Spirit. c. 8.

Similitudines.

Luna. Lem. *Unus a peltus*.

Cicada. Lem. *Mibi cicadas peltus*. Sancti Isidorus de summo bono: oratio est cordis, non laborum: neque enim verba attendit Deus, sed cor aspicit orantis.

§. XX.

Oratio publica multorum.

Ex Veteri.

Pronus cecidit in terram coram ara Domini usque ad vesperam, eam ipse quem omnes fecerunt. Joel. 7. 6. Deus multorum precibus exoratus mali medellam docuit, & populum in pristinam amicitiam admittit. Naxera hic §. 18. multorum oratio impetrandi jus est.

Omnis Judo habet coram Domino. 2. Paral. 20. 13. Ecce hic patet antiquitas Litaniarum, sive orationis publicæ, & communis: quia in publica calamitate publice omnes cujusvis sexus, & ætatis, conveniunt, ad opem Dei implorandam. Cornelius hic.

Et clamavit omnis populus. Judith 4. 8. Nota hic usum, modum, & vim publicæ orationis, & penitentia, in publica calamitate Christianis imitandum; ut similibus modo calamitates suas avertant. Cornelius hic. Item Judith. 8. 32. 33.

Paule, & congrega omnes Judæi, - & orate pro me. Eith. 4. 16. *Congregatae seniores omnes*. & *clamas ad Dominum*. Joel. 1. 14. *Et factus suis indicavit negotium*. Dan. 2. 17. An sibi soli Daniel precati non fide? Lyran. adjungit sibi socios in orando: quia oratio multorum, & maxime bonorum, est multum exaudibilis. Velloso in Judith 4. 9. Paren. 5.

Præcaverunt se junium. Joan. 3. 5. S. Ephrem in Jon. unusquisque proximum ad preces hortabatur: & effecta est tota civitas velut corpus unum. Unusquisque observabat, ne quis laberetur inter ipsos: nullus ibi precabatur, ut solus redimeretur; verum ut membra singulis pro se mutuo deprecantur.

Operiantur saccis homines, & jumenta; & clament ad Dominum in fortitudine. Jon. 3. 8. Fortitudo illa in unitis precibus. Unde Deus ipse preclamat. Jon. 4. 11. *ego non parcam Ninive, civitati magna, in qua sunt plures quam centum viginti milia hominum*. Imò quia tot sunt milia iniquorum hominum, parcere non deberes. Paucos justos. Genes. 18. 32. requisisti apud Sodomam, ut illis urbibus ignosceres; quomodo tot millibus iniquorum parcis? profecto quia simul orantes in fortitudine clamabant; ut iram Dei vincerent. *Ecob. t. 1. mir. Chr. l. 4. sect. 3.*

Alii gregatim de domibus confitebantur publicam supplicationem obsecrantes. 2. Machab. 3. 18.

Ex Novo.

Ego veniam, & curabo eum. Matth. 8. 7. Ad Regulum autem aperit loquitur, Joan. 4. 48. *nisi signa videritis, non creditis*. Uterque rogat; & Centurio pro servo, & Regulus pro filio. Sed cum Regulo nemo rogat; pro Centurione plures. Luc. 7. 3. *nisi ad eum seniores, rogans eum*. Velloso in Judith 4. Paren. 10.

Domine, salva nos & petentis. Matth. 8. 25. Nullus pro se solo loquitur, sed pro omnibus: nemo enim dixit, salva me. S. Chrysol. ser. 20. revera fratres, si affemus, & humanum corpus & eos, qui pereunt, nostra viscera esse credemus, afflictione jejuniis, precum gemitu, effusione lacrum jugiter clamarem: Domine, salva nos & petentis: & studeamus nobis in nostris fratribus subvenire; nec furentem gladio, sanguinis nostri mare videremus in terris; nec tantum corporum, sed animarum jam naufragia sentiremus. Sylveira hic.

Et facta est tranquillitas magna. Matth. 8. 26. Non id obtinuit Discipulorum fides, quæ medica erat; sed eorum concordia; quæ singulis pro omnibus præcabantur, Domine, salva nos. Bæza. 2. l. 11. c. 5. §. 12.

Apprehendens eum de turba secum etc. Marci 7. 33. Cur miserum hunc Dominus mox sanavit sine alloquio, ut supra cum Chananaea. Matth. 15. 24. Et cum duobus cæcis. Matth. 9. 18. Et Chananaea una erat pro filia rogans; hic multi. Oratio multorum efficacior. Sylveira hic q. 6.

Pax interuentum, aut duos pullos columbarum. Luc. 2. 24. Turritur, quæ est solitaria, significat orationem lacrymas: columba vero gregalis significat publicas orationes Ecclesiarum. S. Vinc. Ferr. l. de Purif. B. V.

Sine, quid nobis, & tibi, Jesu Nazarene? Luc. 4. 47. Et interrogavit illum Jesus dicens: obmutescit? & exi ab eo. Verbo modo oculos ad Luc. 8. 27. & Marci 5. 9. demones hominem inhabitantes sepulchris vel ante mortem condebant. Opem laurus adest Christus; & demones occurrentes adorant: quid mihi, & tibi, Fili Dei Altissimi? Interrogat Christus: quid tibi nomen est? ad ille dixit ei: d legio mihi nomen est, nam multi sumus. Marci 5. 9. mitte nos in porcos. Cur his, non illi, annuit Christus? quia ibi unus; hic multi: nam multi sumus. Etiam demones multi impetrant. Naxera in Jos. 7. §. 18.

Petite, & quærite etc. Luc. 11. 9. Non dixit, pete, quærite; ut communitatis commendat orationem. Escobar t. 3. Colloq. Chr. l. 12. sect. 40. 4.

Levaverunt vocem suam dicentes: Jesu Receptor miserere nostri. Luc. 17. 13. Non clamant singulariter unumquique, miserere mihi; sed miserere nostri. Dominus autem eos ad Sacerdotes mittens mox sanavit in via: ut innuat gratiam, & efficaciam orationem; quæ à pluribus simul fit. Escobar t. 1. Mir. Chr. l. 4. sect. 3.

Hæc dicit Jacobum fratrem Joannis gladio. Act. 12. 2. Petrum vero non occidit. Cur non Jacobus, sed Petrus; evasit nisi quia non pro Jacobo, sed pro Petro, tota Ecclesia deprecata est. Act. 12. 5. Mendoza in 1. Reg. 7. Publicæ orationes in publicis necessitatibus.

S. XXII.

In oratione quid petendum?

Num. I.

Non vilia, non temporalia.

Abie servus tuus corde. 3. Reg. 3. 5. 9. Rupertus l. 4. de Vict. verbi Dei cap. 24. cum Dominus dixisset Salomoni: postula, quod vis, ut dem tibi; & tanta sibi oblata gratia, postulat æternitatem gloriæ cœlestis una petitione adipisci, quæ summa beatitudo est: ille, temporali gloria delectatus, & apud homines volens gloriosus haberi; leve, seu mediocre, bonum petit. S. Basil. etc. Sed cur non dixit, sicut pater ejus David. Psal. 26. 4. unam petii - hanc requiram - videlicet quia cor ejus non erat pertractum cum Domino Deo suo. Bæza t. 2. l. 9. c. 5.

Cum extendisset manus vestras, avertam oculos meos à vobis. Is. 1. 15. Tante inexorabilis Deus? qui invitat. Matth. 7. 7. Petite, & dabitur vobis. S. Basilus: observa, hic non esse dicendum; cum elevaveritis manus, sed cum extenderitis. Manus extendere, idem ac terrena expetere: debent primum manus elevare ad bona spiritualia, tum extendere ad temporalia. Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 6. sect. 2. obf. 4.

Quemadmodum ad Imperatorem nemo pro veste discissa, nec pro decem obolis eripis audeat accedere; ita etiam tu; atque adeo longè amplius cave, ne ad Deum accedas pro rebus vilibus, contemptis, & nihil: ut v. g. Si quis in pecunia tibi fecerit injuriam; aut si quis affecterit te contumelia; sed in his, in quibus te diabolus injuria afficit; cum superno maxime auxilio opus est. S. Chrysol. in Ps. 142.

Stultissimum fuerit; si quis accedens ad Deum, à sempiterno temporali roget; à cœlesti terrena, ab altissimo humilia; atque abjecta: ab eo, qui regnum cœlorum largitur, hanc terrenam, hanc humilem, felicitatem: hoc enim Gentiles faciunt, qui nullam sibi futuri sæculi spem proponunt; non judicij metum, non gehennæ minas. S. Gregor. Nyss. de oratione or. 1.

Est Rex noster maxime studiosus dignitatis: & indignatur

si quis eum rem petat exiguam; si quis ab eo postulet; quæ non sunt nobis consentanea. Isid. Clarus l. 2. or. 18.

Num. II.

Petenda vilia bona.

Dixi mihi, quæ appellaris nomine? Gen. 31. 29. Non obtinuit quia inutilis erat petitio: sed cum petit benedictionem, obtinuit, quia utilis. Stella in Luc. 2. 16.

De Lazædemonis scribit Plato, solere eos orantes petere pulchra, & bona, sibi dari; nec plura illos precari quemquam audivisse. Isid. Clarus l. 1. or. 18.

Num. III.

Petenda spiritualia virtutes.

Petite, & dabitur vobis. Luc. 11. 9. Cum dictum est, petite, intellige Spiritum S. & similitur vobis: & similitur quærite Spiritum S. & inveniatis illum: & demum pulsate ad ostium Spiritus S. & aperietur vobis regnum cœlorum. Spiritus autem Sanctus, proprie loquendo, non est hic nomen tertie Personæ Trinitatis, sed participatio illius participationis divinæ spiritualitatis, ac sanctitatis: ut non sit spiritus noster ad carnalia, & mundana; promptus, aut affectus; sed ad spiritualia bona. Cajetanus hic.

Si quid petieritis. Joan. 16. 23. idest, si aliquid, ut expliant Beda, Haymon, Bonaventura, Hugo; quod sit verum, ac solidum; & proinde conducat ad æternam vitam: nam temporalia tamquam nihil sunt. S. August. tr. 102. hoc quod ait, si quid, non quodlibet intelligit, sed aliquid, quod non in beate vite comparatione, sit nihil - in isto enim bono petendo perseverantes sanctos suos nequaquam misericordia divina defraudabit: quidquid aliud petitur, nihil petitur: non quia nulla res est; sed quia in tanta res comparatione, quidquid aliud concupiscitur, nihil est. Sylveira hic.

Talis est Deus noster, cum nos videret non affixos rebus secularibus, & caducis; tunc ea nobis largitur. Cum nos videret spiritualia præponentes; tunc & carnalia donat: ante autem nequaquam; nisi quando avellamur à spiritualibus. S. Chrysol. hom. 20. in ep. ad Hebr. c. 10.

Non fieri potest, non potest, inquam fieri, ut, qui postulant à Deo pudicitiam, justitiam, mansuetudinem, ac benignitatem non adqueantur id, quod petunt. Idem de orando Deum l. 1.

In oratione levamus dexteram pro bonis spiritualibus, sinistram pro temporalibus. Sanct. Vincent. Ferrer. ser. f. 6. post Oculi.

Num. IV.

Petenda remissa peccatorum.

Et peccavi - Dominus quoque transiit peccatum meum: 2. Reg. 12. 13.

Etique antequam clamer, ego exaudiam; & adhuc illi loquentibus ego audiam. Is. 65. 24.

Cum proferre solam primam. Luc. 15. 22.

Num. V.

Petendum regnum Dei, æterna etc.

Dabit tibi petitiones cordis tui. Pl. 36. Petitio, quam ratio format, dicitur petitio cordis; quæ non sensibilis, & transitoria, sed experientia ad salutem, & æterna, quærit invenire. Sim. Cass. l. 6. c. 1.

Quærite primum regnum Dei. Matth. 6. 33. Cum Deus in oratione non queritur, citius in oratione animus lassatur: quia cum illa quisque postulat, quæ fortasse juxta oculum judicium Deus tribuere recusat; ipse quoque venit in fastidium, qui non vult dare, quod amat. Sed fe magis Dominus, quam ea; quæ condidit, vult amari; æterna potius, quam terrena postulari. S. Gregor. Mor. l. 15. c. 27.

Remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Sed cur peccati sanctitatem peccata dimittit? Hieron. Euthym. Theophylactus: voluit Dominus morbi originem indicare; & prius, quam morbum ipsum tollere. Maldonatus ait: ea ratione Christum docere voluisse; quod primo loco paralyticus petere debuerit. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 4. sect. 4. hic.

Jesum autem, & elevatis oculis dixit. Pater gratias ago tibi. Joan. 11. 41. Unde & nos oculos cordis ad terram non deprimamus, sed elevemus in cœlum; si quod oramus, volumus impetrare. Innocentius III. Papa de Sacro Alt. myst. l. 4. cap. 5.

Quæcumque petieritis Patrem in nomine meo. Joan. 14. 13. In hoc nomine non petit ille, qui contra Dei dispositionem, & contra suam, vel aliorum salutem, petit (est enim salutis nomen) imò verò, qui aliter petit; contra hoc nomen petere, non dubium est. Euseb. Emill. D. 4. adv. f. 4.

Petite, & ut gaudium vestrum sit plenum. Joan. 16. 24. Illud gau-

S. XXII.

Ad Orationem perfectam requisita.

Num. I.

Preparatio.

Preparationem cordis eorum audivit auris tua. Pl. 10. 17. Citharista preparat citharam suam; & moderatur eam prius, quam citharizat coram magno Domino. De Rampellogis Oratio.

Dimittis nobis debita nostra. Matth. 6. 12. Qui ad benefactorem accedit, benefactor esto: qui ad bonum, bonus; qui ad justum, justus, patiens item, ac lenis; qui ad lenem, ac patientem, accessurus sit: ad humanum humanus. Ità sibi aditum, atque fiduciam, orationis conficiat. Ut enim fieri non potest, ut malo bonus concilietur; ità servitiam accedentis, seipsum ab Humanitate Dei sejungit. S. Greg. Nyss. or. 5. de or. Dom.

Quales orationes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus debemus preparare. Joan. Cass. Coll. 9. quæ est in prima Abb. Isaac de orat. c. 3.

Num. II.

Oratio quæ virtutes requirit.

Ne transgrediamini in via. Gen. 45. 24. Nos scilicet monuit, ne, in via orationis constituti, ad Patrem cum ira accedamus. Tertullianus l. de orat.

Summus Sacerdos. Ex. 28. 33. 37. cum in Sanctuarium ad orandum, & offerendum thymiana, ingredieretur; vestitus erat hyacinthina toga: à cujus fimbria pendebant multæ quasi mala punica, ex pulchris coloribus contexta, mixtis aureis tintinabulis, quæ in ipso ingressu sonitum edebant. Quo significatur, munus dignè orandi, & fe præstantium in conspectu Altissimi; non in solo sonitu precum consistere, ut efficacius sit; sed etiam in consortio malorum Punitorum; quæ insigniores charitatis erga Deum, & proximos, actus referbant. De Ponte in Cant. 4. lib. 7. Eah. 28.

Delectari in Domino, & ipse habet tibi petitiones cordis tui. Pl. 36. 4. Delectari oportet omnem hominem petentem aliquid in eo, à quo petit: alias is, à quo petitur denegatur; si aversum petentem ab amore suo conspiceret. Omnis namque delectatio in amore fundatur; & ab ipso, velut à propria radice, procedit: etenim absque amore delectatio nulla perficitur; prohibita, vel contenta; utilis, vel nociva; humana, sive divina, temporanea, vel æterna. Sim. Cass. l. 6. c. 1.

Non sine mysterio prius dicitur: ostenda mihi faciem tuam. Cant. 2. 14. deinde verò: sicut vultus tuus in auribus meis: nam, cum aliquem alloqui volumus, prius versus eum faciem vertimus. Sic ante orationem cura, quam converteram habebas sive ad terrena, seu negotia secularia, sive ad te ipsum, propria commoda; ab his avertas, ac contentens; ut summa attentione Deo assistas. De Ponte hic Eah. 28. §. 1.

Tu autem, cum oraveris intra in cubiculum tuum. Matth. 6. 6. S. August. in Pl. 35. cubile nostrum, cor nostrum; ibi tumultum patitur male conscientia, & ibi requiescimus, quando bona conscientia est. Ibi est cubile, ubi nos D. N. J. C. jubet orare. Tentator non cessat pulsare, ut irumpat; si clausum invenierit, transit. Quid est, autem claudere ostium? hoc ostium tantquam duas habet valvas, cupiditatis, & timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat. Timoris ergo, & cupiditatis, janua claudet, contra diabolum; aperi ad Christum. Quomodo ipsas valvas aperis ad Christum? cupiendo regnum cœlorum, timendo ignem gehennarum. Apud Drevelium Rheti cœl. l. 1. cap. 3.

Misericordiam vult, & non sacrificium. Matth. 9. 13. Interiora Deo placent præ exterioribus. Principes Synagoga. Matth. 9. 18. quam officiosus accessit ad Christum; filia vero modò dejusticia est. Mulier autem hæmorrhois discabat intra se; si tetigero tantum fimbriam ejus. v. 21. salva es. Tangit, & mox sanatur. Tam potens est cordialis affectus. Sedulius l. 1. Paschali c. 11. ò quam rebus arduis impetrandis plus est confidere, quam rogare. Quippe venit ex corde fiducia, preces ex lingua: preces lapsus sine corde funduntur; fiducia sine corde non nascitur. Mulier Chananaea Matth. 15. 22. clamavit post Dominum: miserere mei fili David! tamen semel, ac iterum, repulsam patitur. Consulitur Magdalena in domo Simonis Luc. 7. 38. ore tacet, sed rigat lacrymis; corde loquitur, & mox accipit remissionem peccatorum. S. Chrysol. hom. in peccatricem, & Pharisæum: Chananaea fortiter clamavit; miserere mei fili David! at peccatrix hæc non clamorem edebat; sed considerans, quod ipse omnia, ut Deus nosset, fletus ore, corde cum cordis inspectore loquebatur; & plorans deculabatur pedes; atque Dominum ad sui compassionem, indulgentiamque, induxit. Unus cordialis affectus potentior est ad movendum

vendum Deum pre æternis sacrificiis : & ideo misericordia plus placet , quia plus de corde habet ; ino quia ejus fedes in corde sita est . Unde Daniel . 3 . 38 . in fornace Azarias sic orat ; non est in tempore hoc princeps neque holocaustum ut possumus invenire misericordiam tuam ; sed in animo contrito , & spiritu humilitatis suscipiamur . - Er uunc sequimur te in toto corde . Nota : quid loco Sacrificiorum offerat ; animam coneritum , sequela ex corde . Baeza t . 2 . l . 7 . c . 4 . § . 17 .

Et assumpto Petro , & Jacobo , & Joanne adhibere socios debet ; id est : integram fidem , spem constantem , & ardentem charitatem . B . Iaias Abb . or . 13 .

Petitis , & non accipitis . Jacobi 4 . 3 . Male petere , est si non petis , quod debes ; nec ea intentione , qua debes ; nec tempore , quo debes ; nec perseveranter , ut debes . S . Bonavent . l . 2 . de Adv .

Si vis tenere , quod non habes , dimitte , quod habes ; ut amor Christi sit in corde tuo . Ecce petis a Deo : & dicitis : Domine , da mihi . Quid tibi dabit , qui aliunde manus tuas videt occupatas ? Ecce Dominus vult dare , que sua sunt ; & non habet , ubi ponat . Vide ergo dimitte , quod tenes , & accipis , quod petis . Dimitte temporalia , & caduca , & accipies æternam , & perpetuam vitam : dimitte terrena , & accipies cœlestia . S . Aug . l . 23 . de temp .

Omnes sancti in tribulationibus constituti prius justitiam ejus laudaverunt , & sic beneficia petiverunt . Laudaverunt primò flagellantem , & sic senserunt cibantem . Id . in Pl . 144 .

Loquere cum Deo sicut filius cum patre suo . S . Isaac l . 1 . de contemptu Mundi c . 2 .

Num . III .

Oratio sit contrita .

Sine intermissione orate . 1 . Thess . 5 . 17 . Theophylactus : iter monstrat , quo fiat , ut semper gaudeamus ; orationem nimirum , que non cessat ; atque gratiarum actionem : qui enim assuevit cum Deo versari , eique gratias agere in omnibus rebus , tamquam unilater contingentibus ; planum est , quòd perpetuum gaudium sit habiturus . Corn . hic .

Quòd si in Scripturis sanctis sol verus , & dies verus ; & Christus ; hora nulla a Christianis excipitur , quò minus frequenter , ac semper Deus debeat adorari . S . Cyprianus l . de orat . Dom .

Egredientes de hospitio armet oratio ; regredientibus de platea oratio occurrat antè , quam festo ; nec prius corpusculum requiescat , quam anima pascatur . S . Hieron . ep . 22 . ad Eustochium .

Qui amat Deum , semper cum hoc , tamquam cum Patre , consuetudinem , & sermonem habet . S . Nilus de orat . c . 51 . Si Deo semper placita gerimus , semper oramus . Eucherius l . 6 .

Sive in Ecclesia fueris , sive domi tue , sive in agro : si oves pascas , & si ædificia construas , & si in symposio veseris ; ab oratione cave desistas . Er quodcumque poteris , genua flecte : quando non poteris , mente Deum invoca , & vespere ; & mane , & meridie . S . Ephrem de orat .

Omne , quod agis , oratione obfignato ; id verò maxime , de quo mentem vides dubitantem . S . Nilus cap . paran .

Quicumque orandi dono præditi sunt , ingenti privilegio sunt donati : similes enim iis sunt , quos reges ita familiares habent ; ut eorum ingressus nunquam prohibeatur . Iisd . Clarus l . 1 . or . 18 .

Num . IV .

Oratio sit constant .

Et ecce vir lacubatus cum eo usque mane . Gen . 32 . 24 . Lacubare cum Angelo ; ne succumbas : quia regnum cœlorum vim patitur . In multis tentat te Dominus , declinat sapius , avertit faciem ; sed non in ira : probationis istud est , non reprobationis . Suffragetur te dilectum , sustine , viriliter age . S . Bernardus l . in Nat . B . V .

Jesue scitasti vestimenta sua , & pronus cecidit in terram coram orca Domini usque ad vesperam , tam ipse , quam omnis senex Israel . Job . 7 . 6 . Abul . q . 15 . ante vesperam non jusse , quòd furgerent : ut prius ibi abundanter orarent . Naxata in Job . 7 . § . 17 . Multorum oratio aliquando repulsam tulit ; perseverantia nunquam optatis fraudatur .

Elias , ut notat Abul . septem vicibus oravit ut impetraret pluviam : quia volebat cum Deus diutius in oratione perseverare . 3 . Reg . 18 . 42 . 43 . De Ponte in Cant . 2 . Exh . § . 3 .

Miserere mihi fili David . Matth . 9 . 27 . Cum venisset ad domum . Cur Christus non via , sed in dono , cœcos sanavit (Albertus M . ut ostenderet , perseverantiam in oratione ad impetrandum maxime necessariam esse . Sylveira hic c . 30 . qu . 2 .

Miserere mei Domine fili David ! filium meum male à dæmonio ve-

ntur . Matth . 15 . 22 . Quid ad hæc ei Christus non respondit et verbum . Interim Discipuli Christi mulieris sunt oratores : dimitte eam , quia clamat post nos . v . 23 . Apolloni omnes repullam ferunt : non sum missus , nisi ad oves , que perierunt , domus Israel . v . 24 . Tam magnum quid est perseverantia orationis ; ut uni alienigenæque multieri , fuerit concessum , quòd rogatoribus pluribus , hisque Apolloni , denegatum . Naxera in Jos . 7 . § . 17 .

Quòd sepe rogans non impetraveris , tua est causa . Aut enim non ad salutem facientia rogasti : aut , si attentè , minime perseverasti . S . Basilus l . quomodo Deus orandus .

Perstinat oratio pertingit ad finem . Et si tibi in initiis sicca , & velut faxea videatur ; oleum tamen gratiarum elicies de hoc faxo durissimo ; tantum si perseveres . Gilbertus ser . 6 . in Cant . 2 .

Num . V .

Oratio sit fervens .

Ad me clamat ex Seir . Or . II . 21 . 11 . Non dicit , orat ; non dicit , supplicat ; sed clamat . Que est ista exclamatio ? nisi intenta oratio , nisi devotissimi magnitudo . Si cum multo desiderio oras ; clamas . Quando ferventius oras , tantò vehementius in Dei auribus clamas . Et quò vehementius desiderium excredit ; eò excellentius clamor supplicationis ascendit . Richardus à S . Victore l . de verbo incarnato ad D . Bernardum cap . 1 .

Ipsè verò multò magis clamabat . Luc . 18 . 39 . Quomodo ; quamvis multo increparet eum , non tacebat , sed assidue clamat . Fervit quidam intrinsecus instimulabat eum ; idcirco Jesus justè illum adduci ad se . Quòd profecto dignus esset , qui appropinquaret ei . Theophylactus hic .

Quam multi sonant voce ; ac corde muti sunt ; & quam multi tacent labijs , & clamant affectu : quia ad cor hominis aures Dei . Sicut aures corporales ad oia hominis ; sic cor hominis ad aures Dei . Multi clauso ore exaudiantur , & multi in magnis clamoribus non exaudiantur . Affectibus orare debemus . S . August . in Pl . 129 .

Si vis vocem habere in orationibus efficacem , satage semper , ut te divinus fervor accendat ; ne vocem tuam torpor frigoris intercipiat : frigidè nempe mentis oratio non admittitur , & tamquam vox rauca , non auditur . S . Petrus Dam . ep . 17 .

Num . VI .

Oratio sit solitaria .

Leva oculos tuos . & vide . Gen . 13 . 14 . dixit Dominus ad Abraham , postquam divisus est ab eo Loth . Cur Deus Abraham alloquio suo dignatus non fuit dum cum Loth erat , viro aliquo probò ? Abulensis : id scilicet , Deum in oratione nos admodum solitarios velle . Did . Nyss . Dom . 2 . Quadrag . § . 5 .

Apud me oratio . Pl . 41 . 9 . in secreto , in abscondito : quia per eam , non hominibus , sed soli Deo placeat concupiscit . Hugo à S . Victore hic .

Ingrederi in petram , & abscondere in fossa humi . Is . 2 . 10 . Absconditur in petra , qui ingreditur cubiculum suum , & clauso ostio orat Patrem ; ut in terreno corpore constitutus , transcensit Mundi non sentiat tempestatem . S . Hieron . hic .

Ducat illis in montem excelsum coram . Matth . 17 . 1 . Hanc autem vocem seorsum idcirco adjungit Evangelista : ut ostendat , orationis causa in semotum locum secedendum esse : mater enim orationis est solitudo , oratio autem divinæ gloriæ demonstratio . Sanctus Joan . Damascen . orat . de transfig . Dom .

Non ergo de labijs tantummodo tua procedat oratio : animo totus intende ; intrà recessum pectoris tui totus ingrederere . S . Ambros . l . 6 . c . 3 . de Sacramentis .

Num . VII .

Orationis afflictio , patientia .

Exaudivit eam . Gen . 30 . 22 . Non in mentem Scriptura , voce Rachelem usam , & tamen dicit , exaudiam esse . Si non loquitur , quomodo exaudietur ? afflictio cordis silentium Deus exaudiebat . S . Cyprianus : Deus non vocis , sed cordis auditor est . Alvarez hic Illustr . 4 . Rhetorica optima cordis , & lacrymarum .

Quid clamas ad me ? Ex . 14 . 15 . Nec verbum protulit Moyses ; quomodo ergo clamat ? Dolebat suorum ruinam , si exercitus accederet : afflictum cor divinis oculis fessit , licet lingua taceat , corde clamat . S . Ambros . clamabat Moyses affectu pio , & sensu profundo , & personabat in celo . Id . ib .

Clamavi in isto corde meo , exaudi me Domine . Pl . 118 .

245 . Et quomodo clamasti , regum disertissime ? dixerat afflictus v . 143 . tribulatio , & angustia , invenimus me . Cor contritulum pro afflictio rege Rhetoris munus egit . Idem ibid .

Bethania . Joan . 11 . 1 . Primò Hebr . idem est , quòd domus afflictionis . Secundo Pagninus : domus responsionis , vel exauditionis Domini . Sylveira in Matth . 20 . c . 35 . q . 1 .

§ . XXIII .

Orationi omnis locus aptus .

Reverens ascendit in arborem . Luc . 19 . 4 . hodie in domo tua . Tantane eplurum in Christo aviditas , aut in feneratorum charitas ? Nimirum Jesus ex arbore vir rapax contemplantur . Novitate est captus scēnz Dominus : ut unde capti ad illecebram umbram confueverat , lux inde vitæ hauriretur . Ea felici importunitate ita delinitus est Dominus ; ut par pari reuteretur : quia cum ille delicias arboris , in aram templi convertisset , veritè quoque mox ipse rapacitatis stabulum in propinquarium largitatis . Ita flagrat oratio , si loco non suo imitatur . Exauditus est latro , quòd in patibulo supplicaret : Placuit Magdalena , quòd in epulo fleyerat . Oliva l . & Strom . § . Luc . 10 . Non est tibi cura .

Licet ad Ecclesiam currere non sit commodum , potes in foro , curiaque vestibulo hærens ; nihilominus precari . Sufficere cœlum , dic mente : miserere mei Deus ! & absolvisti precatorem . Nec talis apud nos est divinus cultus , qualis quondam apud Hæbræos erat ; multum habens sensibilibus ceremoniarum . Licet etiam mulieri collum tenenti , aut telam texenti , suspicere in cœlum ; ac ad pectore Deum invocare : licet etiam viro in foro versanti ; aut iter scienti , attentè precari : alteri item in officina sedenti , ac coria consuenti , animam ad Deum erigere : licet servo vel in culina , si non vacet adire Ecclesiam , precatorem intendant cære . Non pudet loci Deum : unum postulat ; mentem ferventem , animamque modestam . S . Chrysof . tom . 6 . hom . de Anna .

Inducit deinde orantes Paulum in carcere , Ezechiam in lecto , latronem in cruce , Jonam in ceto .

Devotus quisque vix opportunitate fraudatur : Deum enim , quem ex animo querit , ubique invocans invenit . Ignavus autem , & tepidus , nec in iplo valeat oratio orandi affectum invenire . Plorat in convivio Magdalena ; nec presentia illam impedit convivarium : in ipso autem templo desipit Phariseus . S . Bonaventura in spec . discipul . ad Novit . p . 1 .

Cetus . Prophete oratorium fuit , naufrago portus ; inter undas domus , felix in desperatione subsidium . Cassiodorus in Pl . 129 .

§ . XXIV .

Orationibus alienis cooperare vita tua .

Ex Veteri .

Exaudivit autem Deus vocem pueri . Gen . 21 . 17 . Oleaster flevit mater , & Dominus non vocem matris , sed pueri vocem , audisse dicitur . Ut discamus , quid valeant innocentium voces . Ubi nota : quòd plus nobis valeant ad misericordiam fetus nostri , quam amicum , & aliorum pro nobis . Alvarez . in Gen . 37 . Illustr . 71 .

Recordatus Dominus Rachelem , exaudivit eam . Gen . 30 . 22 . Honcola : nec dubium , quin Jacob , cum esset vir bonus , Dominum quoque pro dilectissimæ uxoris foecunditate summis votis sit precatus . Non sine causa Jacob precatio taceatur . Rachelem autem aperte insinuat : ut vel hinc conitet , quantum oratio propria præfert alienæ : nam quamvis precibus adjuvemur alienis ; nisi nostris conspiremus ; valde raro expetita consequemur . Apud Did . Nyss . Pol . cæl . p . 2 . l . 3 . c . 4 .

Quid clamas ad me ? Ex . 14 . 15 . Moyses preces audire renuit , quia preces populi admixtas non cernebat . S . Ambros . in Pl . 101 . hoc est : cur solus ad me clamas ? quid à me speras ? Alvarez in Gen . 37 . Illustr . 71 .

Regnante Ezechia liberavit Deus Jerusalem de manu Sennacherib propter Davidis sanctitatem . 4 . Reg . 19 . 34 . At regnante Sedecia , nec quidem ob sanctitatem David , liberavit de manu Nabucodonosor . 4 . Reg . 25 . 1 . Davidis auctoritatem apud Deum unius regis penitentia promovebat ; alterius malitia debilitabat . Mendoza in 1 . Reg . 7 . 9 .

Uspicuo tu luges Saul ? cum ego profererem eum . 1 . Reg . 16 . 1 . Er cur non exauditus ? S . Chrysof . hom . 5 . de penit . non enim cum iusti interventu regis penitentia fletit . Did . Nyss . D . 5 . Pent . § . 2 .

Job servus meus erabit pro vobis . Job . 42 . 8 . faciem ejus suscipiam . Profuit quidem Jobi oratio amicis suis ; eadem tamen oratio Judæis minime profutura dicitur Ezech . 14 . 14 . si fuerint tres viri isti in medio ejus ; Noe , Daniel , & Job . Oratio illi de suo peccato doluerant ; hi verò in suo peccato verabant . Mendoza in 1 . Reg . 7 . 9 .

Uanus adificans , & unus destruens , quid prodest illis , nisi la-

bor ? Ecl . 34 . 28 . Quòd ipse , ut plus per se , vel per pauperes , & Religiosos , quorum preces per elemosinas depocit , orat , & obsecrat , ut fiat ; hoc ipse , ut impius maledicit , & reipsa orat , ut non fiat : dum Deum suis sceleribus irritat , & ad vindictam provocat . Cornelius hic .

Si fuerit Moyses . & Samuel . Jer . 15 . 2 . Dicit : ut alicui preces sanctorum profint , debere cum simul cum iis conitari , & collaborare : si enim malitia persistat , parum , vel nihil prodentur . Cornelius hic .

Non respice disperdes omnes reliquias Israel ? Ezech . 9 . 8 . mox Deus respondit : iniquitas domus Israel , & pœnitentia . Sylveira in Act . 8 . 22 .

Dignus fratribus tuis afflictus participare suscipere mortem , ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam . 2 . Machab . 7 . 29 . S . Cyprianus de exhort . ad Mon . c . 11 . magna laus matris in exhortatione virtutis , sed major in Dei timore , & in fidei veritate : quòd nihil sibi , aut filio , de sex Martyrum honore promittit ? nec fratrum preces profuturam credit ad negantis salutem . Persuastè potius participem passionis ferri , ut in epulo judicii cum fratribus possit inveniri . Huc respiciant delicat peccatores ; qui sanctorum patrocinio , & piorum hominum , sive laboribus , sive precibus , sic suam salutem committunt , ut nihil sibi pœnale sumendum putent . Baeza t . 3 . l . 14 . c . 11 . § . 1 .

Ex Novo .

Accessit ad eum . Matth . 8 . 5 . Spes nostræ salutis in nostra potius locanda est diligentia , quam in sollicitudine aliena . Communis opinio apud Maljonarum , quòd Centurio primùm patronos submisisset ; tum ipse Christum pro servo supplex adire . Patum valet patrocinium alienum , qui non accedit indultia . Sanct . Chrysof . hom . 79 . ad pop . bonum est , sanctorum oratione frui ; sed cum & nos sumus cooperatores . Quod si non assuerit , nil aliorum prodest auxilium ; verum & cum illo perimus . Magna est vis precum , quas sancti pro nobis fundunt : sitamen tales sumus ; quales nos cupiant ; si Deum , quòd illorum primum pro nobis est votum , diligimus . Did . Nyss . l . in diem Cin . § . 5 .

Regrediar vna Domine , dimitte eam . Matth . 15 . 23 . Magnæ fiducia animam parat intercessio electorum . Euge , qui promerit intercessores habere Apostolos . Sed non omnis , qui interpellat , habet ; nisi qui in virtutibus ipsorum factus est amicus , & unius Domini adorat vestigia . Etenim jam ista meruerat Apostolos habere intercessores : quia de finibus impiorum egressa pro misericordia venerat ad Jesum . Sim . Cals . l . 5 . c . 24 .

Domine adjuva me . Matth . 15 . 25 . ajebar Chananza . S . Chrysof . tu verò diligenter considera , cum nihil ab Apostolis in re mulieris factum fuerit ; totum ab ipsa fuisse perfectum : mavult enim nostram Deum , qui rei sumus ; quam aliorum pro nobis , orationem . Id . ib .

O mulier , magna est fiducia . Matth . 15 . 28 . Cur Christus non annuit petitioni pro muliere ? sed solum ejus precibus Euthymius : considera , quomodo , cum Apostoli pro illa deprecari fuissent , nihil efferent . v . 23 . ipsa potius perficit . Hinc docemur , quòd Deus mavult nos pro nobis ipsis obsecrare . Sylveira hic q . 15 .

Mendicare erubescit . Luc . 16 . 3 . id est , alios ad intercedendum pro me recurrendos , nisi & ego ipse aliquid boni agam . Dion . Carth . hic .

Pater Abraham miserere mei . Luc . 16 . 24 . Neminem magis moribus suis contrarium , poterat invenire : ipse crudelis misericordem invocat in patrocinium . S . Leo fern . 5 . in Epiph . Patriarchis , Prophetis , Martyribusque sociamini : unde & illi gaudent , inde gaudent . Horum divitias concupiscite ; & per bonam æmulationem ipsorum devotio suffragia : cum quibus enim vobis fuerit consortium devotionis ; erit & communio dignitatis ; Baeza t . 2 . l . 6 . c . 7 .

Vinum non habet . Joan . 2 . 3 . Quodnam efficacius potuit intercedere patrocinium ? certe in terris nullum : & tamen adjungit sanctissima Mater ad ministros : quodcumque dixerit vobis facite . v . 5 . Etiam Virgo Maria intercedere necessitata est indigentium diligentia . Alvarez in Gen . 37 . Illustr . 71 .

Positis autem genibus clamavit voce magna dicens : Domine . Or . Act . 7 . 59 . Cur Stephanus pro se orans stat , pro inimicis genu flectit ? S . August . serm . 1 . de S . Stephano . Quare pro te stans orasti ? & pro inimicis genu flexisti ? Pro me stans oravi : quia pro me , qui rectè Deo servivi , orando , & impetrando , non laboravi : quia qui pro iusto orat , non laborat ; ideo pro te stans oravit . Ventum est , ut oraret pro Judæis ; & attendens tam multam esse iniquitatem ipsorum , que difficile donati posset ; genu flexit , & ait : ne stans illis hoc peccatum .

Poenitentiam age ab his nequitiis tuis. Act. 8. 22. Cui Magus: preamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum, qua dixisti. Oraveruntque Apolloni pro eo? Abulens q. 5. in cap. 5. Reg. subintelligendum, quod, cum Apolloni essent viri misericordes, oraverunt pro eo. Sed si oraverunt, cur non exoraverunt? dixerat Petrus: poenitentiam age; ille: preamini vos pro me. Did. Nyss. ferm. in die Cin. 5. 5. oportebat illum toto corde poenitentiam agere, oportebat orare: ille autem obiter hoc faciebat. S. Chrysol. hom. 18. in acta.

Necessitatem sanctorum communicantes. Rom. 12. 13. Manifestum est, quia qui preces suas exaudiri vult, zelus debet esse vitæ sanctorum: cum imitatur enim, communicat; ut hoc fit memorem esse, & communicatorem, imitari actus illorum. S. Ambros. hic.

Orate pro invicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua. Jacobi 5. 16. Videtur significare, posse nos securos vivere, dum nos modo iustorum precibus commiserimus. Respondet S. Anastasius Synaita de Synaxi: iunge clamorem tuum, cum Sacerdote pro te deprecante: da teipsum pro tua salute. Multum valet deprecatio iusti assidua & efficaci: sed efficaciter erit, si & tu cum Sacerdote partes tuas copules, fructuose poenitentiam demonstras. Did. Nyss. D. 5. Falch. 5. 2.

Ex Patribus, & aliis.

Volare facit orationem bona vita, & dat alas precibus spirituales, quibus sanctorum ad Deum evehat oratio. S. Ambros. Octon. 22. in Pf. 118. 169.

Si nos in virtutis studio seduli fuerimus, efficaces erunt & preces aliorum pro nobis: si vero desides fuerimus, nemo nos iuvare poterit. S. Chrysol. hom. 1. in ep. 1. Theff.

Audi, quid dicat Propheta: si steterit Noe, & Job &c. Quantum luxit Samuel, & Saul non eripuit, quantum precatus est Jeremias, & Iudæus nihil iuvit. Quid ergo est summe supervacaneæ sanctorum preces? nequaquam: sed magnas vires habent, quando tu quoque eis auxilium tuleris: ita etiam Petrus suscitavit Tabitham, non solum oratione, sed etiam illius elemosina. S. Chrysol. in Pf. 48.

Confugiamus ad sanctorum preces, & oremus; ut pro nobis intercedant: sed non illorum precibus tantum confidamus; sed & ipsi nostra, ut oportet, dispensemus recte, & ad meliora semper convertemur; ut locum demus orationi, quæ pro nobis funditur. Hoc & ad Prophetam dicit Dominus Jer. 7. 17. non vides, quid isti faciunt? incendunt adipem &c. quasi dicens ad eum: pro illis me rogas, qui a peccato non desistunt, qui earent sensu infirmitatis suæ, qua laborant. Nè igitur, o Propheta, mihi offeras orationem: sed hoc tuo studio facias; ut illorum moribus vincatur, & ad sanitatem reducantur. Id. in Gen. hom. 44.

S. XXV.

Oratio Dominica.

Si ergo vos orabit: Pater noster Or. Matth. 6. 9. S. Cyprianus lib. de orat. vocat hanc orationem, Evangelii brevium, Officium Ecclesiasticum cum sit compendium totius Scripturæ. Sic & hæc oratio, cum sit compendium Evangelii, illius brevior dicitur. In hoc, ut post Augustinum l. 2. de V. D. notant omnes Commentatores, tres primæ petitiones ad honorem Dei pertinent; reliquæ ad nostram utilitatem. Sylveira hic c. 15.

Pater noster. S. Cyprianus, Chrysol. & Rupertus, accipiunt primam SS. Trinitatis Personam. Melius alii totam accipiunt Trinitatem: quia omnes tres Personæ ad extra omnia operantur; ideoque aquæ omnes sunt invocande. Cornelius hic.

Non dicimus Pater meus, nec panem meum, da mihi hodie &c. publica est nobis, & communis, oratio. Et quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo, oramus; quia totus populus unum sumus. S. Cyprianus l. de or. Dom.

De quotidianis, levibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio. Fidelium satisficit. Delet omnino hæc oratio minima, & quotidiana peccata. S. August. Enchirid. c. 70.

Oratio hæc comparatur flumini; in quo Agnus possit ambulare, & elephas natare. Hoc est, talis est, ut quilibet eam simplex discere, & intelligere valeat; & cuiusque sapientis ingenium supereminet. S. Honorius S. in Nat. D.

Oratio Dominica est cunctarum exemplar orationum: ut quidquid a Patre nostro Deo petere volumus, hic probemus; utrum Deo placitum, vel ad salutem nostram sit idoneum, quod postulamus. Nam si ab istarum qualibet petitionum petentis intentio discordat, nequaquam in nomine Salvatoris postulat. Rupertus in Matth. l. 5. in fine.

De huius orationis expositione, laude, & efficacia, tanta jam à sanctis Doctoribus dicta sunt; ut penè ratio sit ea perlegere. Veruntamen nec digna, nec sufficientia dicta sunt,

nec uquam dicentur. Tanta namque est huius gloriose orationis profunditas in seculo, fecunditas in mysteriis, efficacia in effectibus, artificialitas in processu, seu ordine: ut nemo capere valeat, vel eloqui. Dionys. Carthus. in Matth. 6.

Sanctificatur Or. Peticio, sanctificatio; donum sapientia; virtus pax; beatitudo filiationis Dei; & vitium; contra quod luxuria, q. d. da nobis spiritum sapientie, id est, iucunditatem internam; ut gustemus; quam suavis sis; & hoc generet in nobis pacem; & hoc contra luxuriam. Advenerat regnum tuum. Peticio adventus regni; donum, intellectus; virtus munditia cordis; beatitudo visio Dei; & vitium, contra quod gula. Fiat voluntas tua. Donum consilium; virtus misericordia; beatitudo misericordie consecutio; vitium, contra quod, avaritia. q. d. da nobis spiritum consilii; ut faciamus voluntatem tuam, maxime misericordiam, quæ perimit avaritiam, quatenus misericordiam consequamur. Panem nostrum Or. Donum fortitudo; virtus esuries iustitiae; beatitudo saturitas; vitium contra quod, aecidia. q. d. da nobis spiritum fortitudinis, qui multiplice pane roborat animam, ne deficiamus in presenti, evadendo iustitiam; per quam expellentes aecidiam, plena iustitia saturabimur in futuro. Dimitte nobis Or. q. d. da nobis donum scientia, & virtutem luctus; quo tam nostra, quam aliena, peccata cogitemus, & deficiamus; & ita consolationem habeamus contra iravidiam. Et ne nos induas Or. q. d. da nobis spiritum pietatis; & mansuetudinem spiritus; ut per spiritum pietatis vincamus tentationem, & per mansuetudinem iram; ut ita beati possideamus terram viventium. Sed libera nos Or. q. d. da nobis spiritum timoris; ut per illum vincamus mala, & per virtutem pauperatis spiritus bona adipiscamur: ut, exclusis vitiis, & contemptis terrenis, habeamus æterna. S. Bonaventura in Matth. 6.

S. XXVI.

Oratio Matutina, & vespertina.

Oraverunt holocaustum Domino mane, & vespere. 1. E. dra 3. 3. Mane, & vespere, holocaustum offerimus: per matutinam, & vespertinam orationem. V. Beda lib. 1. in Efdram c. 3.

Quis sensum hominis generis non erubescat sine psalmodiarum celebritate diem claudere; cum etiam minutissimæ aves solemini devotione & dulci carmine, ortus dierum, ac noctium, profequantur. S. Ambros. hexam. l. 5. c. 7.

S. XXVII.

Oratio Matutina.

Prævenient oculi mei ad te diluculo. Pf. 118. 148. Cassianus dicit, matutina solemnitas officium novo adhuc tempore initiatum primitus in Bethelhem monasterio, ubi D. N. J. Christus pro redemptione humanæ salutis ex Virgine nasci dignatus est: sicque ex illo per universum Mundum ejusdem celebrationis invaluit consuetudo. Diluculo oratur, ut Resurrectio Christi celebretur. S. Ihsidorus lib. 1. cap. 23. de Matutinis.

Cum sit hora diei tertia. Act. 2. 15. Spiritus S. venit hora tertia: quia in illa hora homines frequenter sunt jejuni; & sensus puriores; aptiores ad cognoscenda, contemplanda, ac recipienda dona Dei. Sylveira hic q. 17.

Cum surgis, manus, & faciem lavas; animam autem immundissimam negligis. Nescis, quod sicut corpus aqua, ita oratione mundatur anima? S. Chrysol. in Pf. 5.

Tempore primitivæ Ecclesiæ ter surgebatur ad divinum officium: circa primum sonnum, 2. circa median noctem, 3. paulo ante diem: nunc citius surgunt pueri, quam ministri Ecclesiæ; & prius cantant pastores, quam Sacerdotes. Joannes Beletus trinit. div. offi.

Unio in concha. Lem: A rosa colorem. Picinelli.

S. XXVIII.

Oratio nocturna.

Nolle vastata est Ar. Moab. Il. 15. 1. Nox habet quietem contemplationis; in qua, 1. est ferventis amoris desiderium. In latulo meo per noctem quiescit, quem diligit anima mea. Cant. 3. 1. 2. debita conscientiosis sacrificium. Pf. 118. 62. media nocte surgebam ad confitendum tibi. 3. divinæ consolationis silentium. Sap. 18. 14. cum quietum silentium contineret omnia. S. Thom. Aqu. hic.

Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte Or. Luc. 11. 5. Cur ponitur petens media nocte, & non potius alia hora? S. Chrysol. f. 39. Ita satis hora est efficax impetrandi. Sylveira in Act. 16. q. 10.

Media nocte Paulus, & Silas, orantes. Act. 16. 25. Nocturna oratio eorum tam Deo grata fuit; ut non solum eorum, sed aliorum quoque vincula fuerint soluta. Id. ib.

Si studentes doctrinis secularibus per parum somno indulgent;

Hic versiculus, Deus in adiutorium meum intende, &c. omnibus insistentibus demonibus laborantibus inexpugnabilis murus est, & impenetrabilis lorica, ac munitissimus clypeus. Hunc versiculum meditantibus somnus obrepit; donec incessabili ejus exerecitate formatus, etiam per soporem eum decantare consuevas. Hic tibi expergefacto primus occurrat; is, te evigilante, cogitationes anticipet universas. Joan. Cass. Coll. 10. quæ est secunda Abb. Isaac.

TITULUS X.

ORATIO MENTALIS.

S. I.

Figuræ, Symbola.

Ex Veteri.

Formatus igitur Dominus Deus caulis animantibus terra, adduxit ea ad Adam Or. Gen. 3. 19. Statuens Deus coram eo tot generum creaturam, potentie suæ infinite contemplandæ ei præbuit materiam. Et sequitur; immisit Dominus Deus sporem in Adam: quem sporem Sept. dicunt quandam æstivam fuisse. Et credo, exactam illam causam fuisse ex Bonitatis, ac Majestatis, Dei infinite consideratione; quam ostendit in formatione tam diversarum creaturatum. Quod si illa creaturatum diversitas sufficiens fuit, exactam in Adam efficeret; multo profecto sunt mirabiliora opera redemptionis nostræ, & efficaciora ad causandam exactam in nobis; sicut cordis puritate, profundæ; ac assidue ejus contemplationis incumbere; ob cuius defectum nec diligimus, nec admiramur, tam stupenda opera, quæ pro nobis fecit Deus. De conc. 2. in Com. Virg.

Sume tibi aromata equalis ponderis; cumq; in remissimum pulverem contuleris, ponet ex eo coram tabernaculo testimonium. Ex. 30. 34. Aromata sunt opera, quæ divinus Redemptor noster pro nobis operatus est, lacrymæ, suspiria, sanguis, charitas ardentissima &c. Et sicut aromata, nisi conterantur, & in ignem mittantur, nullum ex se odorem emittunt; sic, nisi reparationis nostræ mysteria fumentur; parum ex his fructus, & consolationis, elicitur. Id. conc. 1. D. 2. Epiph.

Duplex genus orationis significant duo altaria in templo alterum vocabatur holocaustorum, quod in atrio situm erat sub dio; alterum thymiamatis, quod interiorem partem templi occupabat. Ex. 35. 15. 16. Prius significat orationem vocalem, alterum mentalem, quæ ad sancta sanctorum proprius accedit, & Deo proximos reddit. Finna in Ecl. Eth. 170.

Ite & considerate terram, urbemq; Jericho. Job. 2. 1. Nec verbum aliud legitur addidisse: cum tamen Dives tot alia, & eaque munitissima, mittendis exploratoribus dicitur ingerere: quia agitur de exploranda anima. Richardus à S. Vict. apud Godfr. considerate terram, quam Deus fecit; urbem, quam humana conditio insidit. Discutite bonum, quod Deus treavit ad bonum nostrum; & malum, quod homo invenit ad malum suum. Si natura bonum cognoscimus; scimus quid excolere, quid nutrire, quid multiplicare, debeamus. Si malum morum nostrorum perspiciamus, quos hostes cavere, quos adversarios impugmare, quales interfecti inimicos oporteat, non dubitamus. Ramirez in ep. 4. 21.

Gaudemus vehementer, cum invenietur sepulchrum. Job. 3. 22. Sicut sepulchrum locus est, in quo absconditur corpus; ita divina contemplatio quoddam sepulchrum est mentis, quo absconditur anima. Quasi enim adhuc huic Mundo vivimus, cum mente in ea foris vagamur; sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exteriori in secreto internæ contemplationis celamus. S. Gregor. Mor. lib. 5. c. 4.

Accedet homo ad cor altum. Pf. 63. 8. Illos significat, quæres divinas pia intentione perquirunt: cor enim altum tunc est, quando celestia cogitat, & terrena devitat. Cassiodorus hic.

Ibi Benjamin adulescentulus in mentis excessu. Pf. 67. 28. De eo autem prædixit Jacob pater ejus. Gen. 49. 27. Benjamin lupus rapax &c. Intellectus contemplativus prius inquirat veritatem, & pascitur illa; postea vero dividit illam, & impartitur voluntati. De Ponte in Cant. 1. Exh. 9. 5. 3.

Th. & arca sanctificationis tue. Pf. 131. 8. Rich. à S. Vict. l. 1. de arca myst. c. 1. ait per arcam sanctificationis rectè intelligi gratiam contemplationis.

Oratur me. Cant. 1. 1. Insinuat scientia Dei affectiva; nam Canticum ad scientiam spiritus elevat; quæ cognitionem, & amorem Dei, comprehendit. S. Ambros. l. de Isaac, & an. c. 2. osculatur nos Deus, quando cor nostrum spiritu divine cognitionis illuminat, id est: quando infundit supernaturale lumen, quo divina mysteria penetrat, veritates fidei percipit, & affectum simul amoris. De Ponte hic Exh. 2.

Me-

gent; quanto magis, qui Deum cupiunt cognoscere, non debent somno corporis impediti, nisi quantum naturæ suis est. S. Ambros. in Pf. 118. l. 7. Et nè totam noctem sopori existimes deputandam: tunc magis tibi orandus est Dominus. Tunc præsidia postulanda, culpa cavenda, quando videtur habere secretum. Tunc maxime, quando tenebra in circuitu meo, & parietes me operiunt, considerandum: quia Dominus omnia intuetur abscondita. Id. ib.

Cur fers graviter tempus, quod tibi in requiem concessum est? non accepisset servus à Domino requiem, nisi tenebræ essent inducæ in hanc præscriptam necessitatem. Quomodo autem in die sæpe laborantes noctu requiescimus; & qui hesternis die fuit in laboribus, manè fit robustior, propter noctis quietem. Quid autem est ad sapientiam nocte commotus? in hac enim persepse de Deo cogitamus in hac lectione, & contemplatione, divinarum Scripturarum vacuum. Quando autem magis in laboribus, & orationem, mens nostra componitur? nunquid noctu; & peccata nostra persepse noctu in memoriam revocamus. S. Cyrill. Jerol. Catch. 9.

Nocturnæ lacrymæ quovis rore magis contra concupiscentias, & ardores omnes, demittuntur. S. Chrysol. hom. 26. in Act. Vide hic plura de nocturna oratione.

Si es devotior, imitare Iulianum: cui quoniam ad dicendam laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia pervigili cantilena decurrit. S. Maximus hom. 2. de non timendis host. carnalib.

S. XXIX.

Orationes jaculatoriæ frequentes.

Orationes jaculatoriæ meræ margaritæ sunt. S. Vinc. Ferr. l. de Fidelib. def.

Exercitium, quod aspirationibus, brevibusque precatationibus constat, efficax admodum est, ad vitia extirpanda, charitatemque promovendam. Blossius parad. an. c. 22.

S. XXX.

Ritus orandi.

Cur ad orientem.

Cur ad orientem versis orant Christiani? quoniam nostrorum honorabilissima queque ad Dei honorem seponimus, & est, hominum opinione, solis ortus honorabilior, quam aliz partes. Mandi & propterea tempore precum spectamus omnes ad orientem. S. Iulianus M. lib. quæst. Christianar. ad Gentiles q. 118.

Ex traditione Apollonica orandum est ad orientem. 1. quia ex Pf. 121. 7. adorandum est, ubi solentem p. ies Domini; qui Zach. 14. 4. in monte Olivarum in Oriente stare dicuntur. 2. quia Deus est lux vera. 3. ut respiciamus paradysum. 4. ad differentiam Judæorum, qui ad Occidentem orabant; ut ex situ templi Salomonici colligit Anaist. Nicæus q. 18. 5. Tertull. contra Valent. c. 3. quia in aurore venit ad Apollolos Deus in Pentecoste. 6. S. August. l. 2. ferm. D. c. 9. quia monentur convertere animum ad naturam præstantiorem, id est, Deum. Gavantus p. 2. de 5.

Invenio in Sacra Scriptura octo modos orandi, primus est, elevando oculos ex conscientia; secundus, depridendo caput ad terram, ex verecundia; tertio, extendendo manus in altum ex indigentia; quartus, decussando ulnas ex conscientia; quintus, tendendo pectus ex conscientia; sextus, inclinando corpus ex devotione; septimus, flendendo genua ex subjectione; octavus prosterndendo se totum ex dejectione. S. Vincen. Ferr. l. 5. D. 16. Trinit.

Quæ causa ritus in oratione levandi manus? 1. quia hic habitus supplicis, petentis, & sperantis auxilium ex alio: sicut submergenti manus extendunt tanquam auxilium petentes. 2. dat Clemens Alex. l. 7. Strom. quod elevatio manuum significet, & excitet mentis elevationem in Deum. 3. dat Tertull. Apol. 30. quod extentione manuum nos Deo offeramus, & quasi in manus ejus dedamus. 4. hoc ritu vehementiam affectus designamus, quasi vim Deo inferre, arque, præ magna fiducia, matius, quod petimus, prehendere velimus. 5. Dat. S. Cyprianus de exhort. MM. c. 8. Theodoretus q. 34. in Ex. ut scilicet hoc gestu protestemur merita Christi crucifixi; & eaque Patri, quæ efficacissima ad impetrandum medium offeramus. Cornelius in 1. Timoth. 2. 8.

Miscellanæ.

Et hymno dicto exierunt in montem Oliveti. Matth. 26. 30. Audiam omnes, qui quasi potci, cum jam comederint, everfa mensa, calcibus mensa, temulenti confurgunt; cum age gratias debeant; & in hymnum à mensa devenire. S. Chrysol. hom. 83. hic.

Scit Dominus, quid velimus; sed vult nos orare vocaliter, pro excitanda devotione: quia quod factus carboni, hoc facit pronuntiatio devotioni. Innocentius III. P. de sacro alt. myst. l. 5. c. 17.